Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8293
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

impatientes qd̃ per salomonem rursum dicit. Totum spm
suum profert stultus. sapiens autem differt et reseruat in
posterum. In patientia quippe impellente agit. Vt totus
foras spus proferat. quem idcirco perturbato citius eicit.
quia nulla interius disciplina sapiencie circumclaudit.
Sapiens autem differt et reseruat in posterum. Iesus enim ipm
se ultisci non desiderat quia etiam tollerans pacii optat. Sed
tamen iuste condictari omnia extremo iudicio non ignorat.
Vt contra admonendi sunt patientes ne in eo qd̃ exterius por
tant interius doleant. Ne tante virtutis sacrificium qd̃ inte
rium foras immolant. intus malicie peste corrumpant. et
cum ab hominibus non agnoscit. Sed sub diuina examinatione
pereat. tanto interior doloris culpa fiat. quanto ab hominis
virtutis speciem vendicat. Dicendum est itaq; patientib̃
vt studeant diligere quos sibi iniuste est tollerare. Ne si pacia
dilectio non sequatur. in deteriorem culpam odii. virtus onsa
vertatur. Vnde paulus cum diceret. Caritas patiens est
illico subiungit. benigna est. videlicet ostendens quia quos
ex pacia tolerat. amare etiam ex benignitate non cessat.
Vnde idem doctor egregius cum discipulis paciam suaderet
dicit. Omnis amaritudo et ira et indignatio et clamor et
blasphemia tollatur a vobis. quasi dicens exterius iam bene
compositis ad interiora conuertit. Dum subiungit. cum omni
malicia. quia minimi frustra indignatio et clamor et blasphemia
ab exterioribus tollitur. Si interioribus viciorum mat̃ malicia
dominatur. et in cassum foras nequicia ex ramis incidit. stiliq;
surreptura multiplicius intus in radice seruat. Vnde et per
semetipsum veritas dicit. Diligite inimicos vros. benefacite
his qui vos oderunt. et orate pro persequentibus et calumnia
tibus vos. Virtus itaq; coram hominibus est ad usum tole
rare. Sed virtus coram deo diligere quia hoc solum deus sac̃
ficium accipit. qd̃ ante oculos eius in altari boni operis
flamma caritatis accendit. Hinc est qd̃ rursum quibusdam
impatientibus nec in diligentibus dicit. Qd̃ autem vides
festucam in oculis fratris tui et trabem trabem in oculo tuo